

N. 7.

DISSERTATIO GRADUALIS  
SPECIMEN  
PARAPHRASEOS

Pupl

PRIMI CAPITIS EXODI,  
SUCCINCTIS OBSERVATIONIBUS PHILOLOGICIS  
ILLUSTRATUM,  
EXHIBENS.

QUOD

*Conf. Ampl. Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,*

PRÆSIDE

LAURENTIO O.  
LEFREN,

L. L. O. O. & Græc. Profess. Reg. & Ord.

*Publicæ Bonorum Censuræ modeste subicit*

GUSTAVUS LEVIN

V. D. M.

In AUDITORIO MAJORI Die XX. Maji

Anno MDCCLXXV.

H. A. M. C.

ABOÆ,

Impressit JOHANNES CHRISTOPHORUS FRENCKELL.

*J. mag. Schulden*



V I R O  
ADMODUM REVERENDO atque PRÆCLARISSIMO,  
D O M I N O

MAG. GUSTAVO G.  
HAARTMAN,

PASTORÏ atque PRÆPOSITO in Loimijoki  
MERITISSIMO.

NEC NON

V I R O

PLURIMUM REVERENDO atque PRÆCLARISSIMO,  
D O M I N O

MAG. MICHAELI  
AVELLAN,

PASTORI in Tammela VIGILANTISSIMO;  
EVERGETIS OPTIMIS.

**I**n perpetuam memoriam plurimorum beneficiorum, quibus Vos, EVERGETÆ OPTIMI, me semper auditum voluistis, paucas hasce pagellas, cum piissimis votis pro perenni Vestra Vestrorumque incolumitate, Vobis dat, dicat, dedicat.

ADMODUM REVERENDORUM atque PRÆCLARISSIMORUM NOMINUM VESTRORUM

Cultor humillimus,  
GUSTAVUS LEVIN.



VERSUS Primus.

**T**hesse äro nannen på Israels sönnar, som voro bonom med samtelige sine bushäll följaktige til Egypten.

Observatio I. Ad idiotismum Lingvæ Hebrææ pertinet loco Pronominum adhibere ipsa Nomina rerum vel personarum: Nos non minus puram quam veram amamus translationem, ob eamque causam Pronomen *bonom* loco Nominis *Jacob*, quod in textu est, posuimus. Sexcenta exempla hujusmodi enallages observavit Præses noster in nova idea emendationis interpretationis Libri Geneleos. Ea hoc loco adponeremus nisi chartæ angustia prohiberet. Tanto autem confidentius hoc loco secuti sumus regulam, quam is toties inculcavit, quod idem factum videmus in Specimine novæ translationis libri Geneleos, quæ nuper typis evulgata est.

Obs. II. Nomen בית hoc loco *bushäll* interpretati sumus, non quod *bus* prorsus ineptum judicavimus, sed quod prius sensum loci aliquanto clarius repræsentat. Homines enim rudiores, in quorum gratiam, quam fieri potest, clarissima adornari debet translatio, notionem *ædificii* difficilius negligunt, cum nomen *bus* sonari audiunt. Sed hanc quidem emendationem minoris esse ponderis, ipsi fatemur, non magnopere repugnantes, si quis alteram voculam judicet retinendam, interea familiam hoc nomine denotari certum est.

Obs. III. Verbum בוא sequente particula תא tuetur notionem verbi compositi, *komma med, följa med.* Nos  
A
ut



ut repetitionem particulae *med* evitare possemus synonymum *vara följaktig* elegimus, idque eo rectius, quod numerosiorem reddit sermonem.

Obs. IV. שׂינ hoc modo positum *unumquemque* significare, vel tirones linguae Hebraeae norunt. Quod vero ad vocabula Svecana *bvar och en* & *samtelige* adinet, idem prorsus significant, & Hebraeo aequè bene respondent. Posterius vero nobis visum est commodius ob rationem, quam obs. III adduximus. Sed & hæc ad minutias referri patimur, nec repugnamus, si quis potius sic transferre vellet: *som bvar och en med sitt bus fölgde bononi* &c. Num vero hæc versio amoenius fluat, iudicium penes lectores esto.

VERSUS secundus tertius & quartus.

Obs. I. Hi versus cum sola contineant nomina propria hic omittuntur. Interea hoc observamus amoenius fluere orationem, si copula *och* tantum inter ultimum & penultimum ponatur, quamvis non magnopere displiceat, si toties repetatur, quoties *vau* repetitur in Hebraeo, quippe quod sua ratione, quamvis minuta sit, non prorsus destituitur.

Obs. II. In huiusmodi nominibus semper retinendam esse arbitramur orthographiam usu receptam, quantumvis Hebraeo repugnat. Nam in huiusmodi rebus iusto scrupulosiorem esse parum iudicii arguit.

VERSUS quintus.

*Men bela Jaacobs afkomma besteg sig til furtio personer, med Joseph, som var i Egypten förut.*

Obs. I. Formula יצאו יד יעקב, que ad litteram valet: *som voro utgångne utur Jacobs lär*, in lingua quidem



dem Hebræa euphemismum sapit, tantumque continet verecundiæ, quantum aures orientalium postulant, sed nobis tamen, qui magis delicato utimur palato, non potest non offendiculo esse, nisi adhuc honestiori circumloquamur verbo, quod nobis in vocabulo *afkomma* invenisse videmur. Si Moses apud nos scripisset, eadem fortassis formula usus fuisset; sed alia in oriente usu recepta erat.

Obf. II. Vocem **נפש**, *anima*, per synecdochen partis pro toto, significare *totum hominem*, quem Sævice *person* vocamus, res est certissima, nec ulla eget demonstratione.

Obf. III. Si quis quærat, unde voces: *besteg sig til*, habeamus, ei respondemus, latere hanc significationem in verbo **היה**, modo attendatur ad rem ipsam. Formula: *vara så och så många personer*, & formula: *bestiga sig til så eller så många personer*, unum idemque significant. Si hoc agnoscis optio nem nobis concedis liberam, qua usi sumus, amœniori electa.

Obf. IV. Quod formulam **ויסתר היה** reddidimus: *med Joseph som var förut*, id neminem offendere debet. Sensum exacte expressimus, idque genuina lingvæ Sævicæ formula. Quid ulterius requiris? Nec *vau*, inquis, *med*, nec **היה**, *var förut*, significat. Immo vero significat. Nonne Josephus prius in Ægypto erat, quam illuc proficisceretur Jacobus? Et nonne Josephus ceteris Jacobi posteris adnummerari debebat, si numerum explerent septuagenarium? Coll: Geneseos caput XXVI. 8 seq: & luce clarius videbis Josephum hoc numero contineri. Redde tu **ו**, *och*, & **היה**, *var*, & omnes fatebuntur, te luci tenebras præposuisse. Nos veram & claram dedimus interpretationem. Hoc sufficit.



VERSUS sextus.

*Men när Josef och alla hans bröder, samt alle the, som then tiden lefvat bade, voro döde.*

VERSUS septimus.

*Voro Israeliterna öfvermåttan frugtsamme, och blefvo snart så talrike och manstarke, at, belat landet af them upfyldes.*

Obf. I. Hos duos versus ideo conjunximus, ut clarius adpareret nexus, quo copulati sunt, altero prius, altero posteriori propositionis membrum constituyente. In hujus modi propositionibus *vau* & *protafin* & *apodofin* incipit, ac priori quidem *när*, posteriori vero *så* reddendum, quæ tamen posterior particula sæpius omitti solet. Exempla hujusmodi propositionum colligere & describere, est decimam partem Sacræ paginæ colligere atque describere: vide sis Gen IV: 9 VI. 15 XVII. I. XIX. 15 XXIV. I. XXVI. 7. XXVII: I. XXIX: 31. XXX: I. 25. quæ loca hoc modo in novo specimine versionis Svecanæ Geneseos translata sunt.

Obf. II. Formula כל רור ההוא, Ad litteram recte quidem reddi potest; *bela thet slågtet*, sed clarior tamen est sensus nostræ translationis. Prior enim rudioribus videri posset non *generationem*, sed *genus* notare, quod falsam pareret sententiam.

Obf. III. מצע & *firmum* & *multum* valet, adeoque rectissime Svecice redditur *vara manstark*, quod utramque notionem complectitur, eoque rectius hic utraque conjungitur, quod præcedit nomen, cujus notio multitudinem importat, & sequitur verbum, quod implendi significationem habet.

Obf. IV. רב *talrik*, *numerosus*, proprie *tjock som gröt*. Radix enim spissandi significationem habet, svecice röra ähop



ibop, at det blir tjockt som gröt, unde terminus pharmaceuticus Rob, pulmentum, mos, gröt.

VERSUS octavus.

*Imedeltid steg på then Egyptiska thronen en ny Koning, som icke viste, hvad Josef hade varit för en man.*

Obs. I. Vau in verbo וַיִּינְטֵרָא interea, imedeltid. Hæc particula est verus quidam Protheus lingvæ Hebrææ; in omnes se formas vertens. Quam hoc loco ipsi tribuimus significationem, ea & textui convenit & usui lingvæ. Vide sis Noldii Concord: Part. L H: N 33.

Obs. II. Vox thron in ipso Textu Hebræo explicite non extat, implicite tamen latet in circumstantiis Textus. Subjectum est וַיִּשָׁרֵף Rex & prædicatum וַיִּשָׁרֵף surrexit, ascendit. Quorsum verò ascendit novus rex nisi in solium. Amoenius certe est stiga på thron, quam simplex stå up vel stiga up. Neque enim ex usu lingvæ Svecanæ est, posteriores duas rationes loquendi de regibus adhibere.

Obs. III. Nec justo liberius reddita est formula: וַיִּשָׁרֵף לֹא יָדַע אֵת יוֹסֵף. Ipsum enim sensum adæquate exprimit, nec plus, nec minus, quam in Textu est, dicens. Sermo quidem est de cognitione Josephi, sed non de illa, quæ ex consuetudine vitæ nascitur, verum de alia, quæ vel exlectione annalium, vel ex narratione popularium hauritur. Sensus igitur est, quod regi non constabat, quam bene de patria sua meritus fuisset Josephus. Hinc transferre potuissimus: *Som icke viste hvad för stora tjenster Josef hade gjort hans rike, nisi nimis libertatis suspicionem in vertendo effugere voluissimus. Mediutissimi iyimus.*



VERSUS Nonus.

Thenne hölt ett sådant tal til sitt folk: I sen at thet Israelitiska folket är talrikare och mansfarkare än vi.

Obf. I. וַיֹּאמֶר & dixit Syetice, han sade. Quis vero non sentit, formulam, han talte, & thenne talte unum idemque esse? Sed tala & hålla tal itidem idem valent. Rex in concione populi verba faciebat: ergo sermo ejus amoeniori illa formula exprimitur rectius.

Obf. II. Particula הַיּוֹם a radici הָיָה, presentem esse, de loco & tempore, pro ratione circumstantiarum, adhiberi solet, valetque: *Se här, &: se nu.* Post verba sensuum optime redditur verbis experiundi, *finna, erfara, blifva varse.* Vide novum Specimen translationis Geneseos XXI: 19. XXII: 31. Hoc modo hoc loco etjam optime redditur.

VERSUS Decimus.

Låter os genom någon klok tillställning förtrycka them, emedan thet är til befarande, at, om the än vidare få föröka sig, kunna the, i fall något krig skulle upkomma, förena sig med våra fiender, slå ned os, och draga sin väg utur landet.

Obf. I. Verbum כָּבַד, ut ex Arabismo constat, proprie significat *compactum & solidum.* Hic status est effectus compressionis. Hinc active notat *premere, opprimere, trycka, förtrycka.* In Sacris vero litteris sapissime valet *sapientem esse, q: d. solida gaudere scientia,* quod, ubi de pseudopoliticis agitur, idem est, ac *callidum ac versutum esse.* In hitpaël vero, *se vel sapienter & prudenter, vel callide & versute gerere* significat. Nos

utram-



utramque notionem hic conjunximus, quia sic contextui, qui callidum consilium, & violentum effectum simul insinuat, optime satisfactum iri putavimus. Ratio hæc est, quod Hebræi sæpe verbis utuntur in significatione pragnante, quæ & causam & effectum complectitur.

VERSUS Undecimus.

*Til följe härav satte the befallningsmän öfver them; hvilcke skulle prässa kronodagsvärk utaf them, och plåga them med svart fästnings arbete, emedan man hölt på at befästa Pitbon och Raumses, ther Pharao hade anlagt för-rådsbus.*

Obs. I. Vau sapissime significat sequelam ex præcedentibus, reddique debet: *ideo, itaque, atque ita* Vide Noldii Concord. Part: N. 26. 49. 61. Verba: *til följe härav*, plenior & clarior pariunt sensum, quam vel sola particula *och*, vel gemina *och således*.

Obs. II. ׀ׁ significat sæpe principem, sed sæpe etiam hominem quemcunque præstantiorem, qui aliis præficitur. Fogd & Befallningsman idem Sævice valent; Quoniam vero vox ׀ׁ, Uti jam monuimus, etiam principis notionem tuetur, honoratiorem elegimus appellationem.

Obs. III. ⌘ materialiter tributum significat, quod, quoniam hic non in pecuniis tribuendis, sed in operis faciendis consistebat, rectius hoc loco *dagsvärk* redditur. Quod ad vocem *krono* adinet, nos non magnopere movebit, si quis eam deleverit. Interim tamen hæc operæ revera erant *kronodagsvärk*, quoniam non privatis, sed publicis inserviebant utilitatibus.

Ob-



Obf. IV. Quod ad verbum *pressa* adtinet, id quidem expresse in textu non extat, in sensu tamen latet. Præterquam enim, quod quisque facile sentit, has operas ab Israëlitis vi exactas fuisse, etjam in voce *סד* ratio invenitur. *ססס* enim, unde descendit, proprie *liquefacere* significat, quod commoda metaphora deinde ad enervationem & debilitationem transfertur. Si quis *matta*, quam *pressa* mallet, nos facile consentientes haberet.

Obf. V. *כנה*, de urbibus usurpatum, duplicem habet significationem, *exstruendi* & *muniendi*, observante Perillustri I. D. Micaëlis in *Mosaiches Recht* I: Th. p:82.83. Utram sumseris, perinde est. Nobis posterius huc re-ctius adplicari videtur, propter geminum *תא* quod nominibus urbium præfigitur.

Obf. VI. *ויכן*, *emedam man hölt på* &c. Vau sæpe cum significare, constat ex numero 58 apud Noldium. Forma vero futuri apud Hebræos sæpissime continuationis significationem importat, ut notissimum est.

Obf. VII. Sive simpliciter *arbete*, sive *fästnings arbete* reddideris, res eodem fere redit. Interim tamen ex contextu constat, in quo operæ Israëlitarum consistèrent, & cui fini eis impositæ essent. Id enim genus laboris erat, quod Sveci *Marstrands arbete* adpellant. Circa munimenta estruenda occupatæ, & ad miserum populum enervandum comparatæ erant operæ, quas facere cogebantur.

VERSUS Duodecimus.

*Men ju hårdare the plågade them, thesto ymnogare förök-*



förökte och utbredde the sig, så at Egyptierna tilslut voro  
vätt illa håldne med them.

Obs. I. Pronomen **וְנָ** refertur ad nomen **עַם**,  
*populus*, v: 9. Ad litteram igitur reddere debuiffemus:  
*thet*. Cum vero **עַם** nomen collectivum fit, & in fine  
versus occurrat Nomen plurale **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל**, *them* transtu-  
limus, idque eo rectius, quod nostræ lingvæ indoles  
conformitatem postulat, sæpeque magis ad sensum, quam  
ad litteram, in hujusmodi constructionibus, respicere  
solet.

Obs. II. Voces **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל** etjam *them* transtulimus,  
quia sic melius fuit sententia, quæ aliquid duri patere-  
tur, si post bis repetitum Pronomen ipsum demum No-  
men poneretur. Alias in L. H. frequentius occurrere  
enallagen Nominis pro Pronomine & contra, notissimum  
est. Hanc in Svecana lingva, invito ipsius genio, retinere  
velle, superstitiosum esset. Quare etjam nomen *Egypti-  
erna*, perspicuitatis causa ex contextu sumtum, adponere  
non dubitavimus.

Obs. III. Quod ad vocem *tilslut* attinet, cuilibet e-  
am delendi potestatem permittimus, si supervacanea vi-  
deatur. Interea nobis visa est ad sensum pertinere. *Vau*  
sæpe *tandem* denotat. *Tandem* vero, Syetice *åndteligen*, &  
*tilslut* significat. Si cui magis placeat adverbium *omfi-  
der*, nec nobis magnopere displicebit.

Obs. IV. Formula: *vara illa hållen med någon*, bona-  
per se est, & hoc loco optime exprimit vim verbi  
**קָיַם**. Hoc verbum, de corpore usurpatum, *pungendi* &  
*secandi* significationem habet, ad animum vero relatum,  
*angere* significat, Syetice *agga*, *quälja*. Jam vero varia  
sunt,



sunt, quæ animum angere ac coquere possunt. In his etiam metus est. *Metuere* igitur significare potest. Sed de metu dictum est dudum. Illæ curæ, quæ ex novo hoc experimento nascebantur in animis Ægyptiorum potius inopiæ consilii ortum debebant, ob eamque causam, rectius generaliiori formula exprimuntur.

VERSUS Decimus Tertius

*The tvingade them altså med bugg och slag at arbete såsom trålar.*

Obs. I. Loco Nominum hic Pronomina posuimus, ob rationes, quas sapius adduximus, nec hic repetere vacat.

Obs. II. עבד *servum esse*, laborem servilem sustinere. In Hiphil העביר *imponere alicui laborem servilem, tvinga en at arbete som en slaf.*

Obs. III. בפרך, per *bugg och slag* transtulimus. Hoc novum est. En vero rationem. פרך verbum est onomatopœiticum, & proprie significat sonum *frack* vel *prack*, qui inter cædendum exauditur. Proxime vero, *ictum infligere* pugno, vel loro, vel baculo. Deinde, digitis pediculum *confringere*, quod *svethice knäcka* vel *knäppa* dicitur, quæ verba etiam in nostra lingua ad onomatopœitica referuntur. Præterea, *spicas confricare* valet, etiam ob souum, quem hic actus efficit. Ex eodem fonte derivari potuit notio *flaccidæ auris*, quatenus ex alapis hæc labes oriri potest. Ex alapis deinde reddi potest ratio, cur *odium inter conjuges* donotet. *Lapsus* autem *in sermone* ex sono primum dicto facillime deducitur.



VERSUS Decimus Quartus.

Och gjorde them *sielfva* lifvet bittert genom *svårt* arbete, *althenstund* the icke *allenast* måste *gjöra* bruk, och *slå* tegel, *utan* och *förrätta* allehanda *sylor* på *Landsbygden*, och *under* alt *sitt* arbete *ibland* them *blifva* *bemötte* med *bugg* och *slag*.

Obs. I. Ad litteram sic reddere potuiffemus: *med bruk och tegel och allehanda arbete på landet, sed, nostro quidem iudicio, & nervosior & amœnior est, quæ in textu adparet translatio.*

Obs. ברהם, *inter eos, potest etiam reddi: ab eis. Prius nobis videtur melius.*

VERSUS Decimus quintus.

*Theffutan* *lät* *Konungen* *af* *Egypten* *til* *the* *Hebraiska* *quinnornas* *jordgummor*, *af*  *hvilka* *then* *ena* *hette* *Sipbra*, *och* *then* *andra* *Pua*, *afgå* *en* *befallning*

Obs. I. Vau *etiam insuper & præterea significat, ut constat ex Noldio, num 32.*

Obs. II. מן non tantum *generatim dicendi*, sed *etiam speciatim præcipiendi* significationem habere, vel *tironibus notum est. Jam vero mandare & mandatum edere unum idemque est. Nos posterius ideo elegimus, quod sic aptius quadret hic verius ad sequentem, in cuius fronte idem verbum repetitur.*

VERSUS Decimus sextus.

*Af* *thetta* *innehåll: när* *1* *betjenen* *the* *Hebraiska* *quinnorna*



*norna vid tberas nederkomst, så skolen i gifva akt på båg-  
ge kónskilnaderna; är tbet en son, så skolen I döda bonom,  
men är tbet en dotter, så skolen I låta henne lefoa:*

Obs. I. ויחמר hoc loco reddi non potest & dixit,  
ocb sade, quia neque rex immediate locutus est cum  
obstetricibus, neque sic apte cohæreret sententia cum  
commate præcedente.

Obs. II. Vocem מכנים per Euphemismum transtu-  
limus bågge kónskilnaderna. Alias par lapidum Svetice  
stenparet, reddi deberet. Sellam parturientium plerique  
interpretantur, sed sine idoneo fundamento. Pura enim  
puta utuntur conjectura. Nostram sententiam sic pro-  
bamus: I: o מכין, eben, מכין, oven, eodem jure lapidem valet, quo  
מך & אומר dictionem, aut verbum, ארכ & ארכ insidias,  
אך & ארך אורך & ארך longitudo, כסר & כסר ompbacem, & כשם  
& כשם aroma, גושם & גושם pluuiam, חסר & חסר defectum,  
עצם & עצם מוחק & מוחק dulcedinem, עצב & עצב dolorem, עצם  
os, robur, רוחב & רוחב latitudinem & רכע & רכע quar-  
tampartem significat. Unde prono quasi alveo fluit, מכנים  
in duali, formaliter valere par lapidum.

Obs. III. Quod ad constructionem adinet, duo ad-  
tendenda sunt. I: o Verbum ראה videre significat, sed cum  
sequitur particula ל', verbum valet compositum, inspice-  
re, observare, gifva akt på, se efter. Sic construitur  
familia verborum videndi v. c: שר I Sem: IX, 24 פנה  
Gen. XXIV, 49. פקר Jer XXX. 20. IX. 24. 25. II. 22. 23.  
XXIX. 32. Hof: II. 15. XII. 3 Zeph. I. 8. 9. 12. III. 7.  
ראה Est. IX. 26. 2: do ו præfixum hic non copulativam,  
sed redditivam esse particulam, quæ respondet Syecanæ  
parti-



particula *ſå*, quando huic præceſſit particula *når*. Exempla hujus ſignificationis, in hoc ipſo commate, in verbo והמיתן, & commate 19 in verbo וילון occurrunt. Sexcenta hujusmodi exempla adducere poſſemus, niſi anguſtia temporis prohiberet.

VERSUS Decimus ſeptimus.

*Men jordgummorna byſte sådan fruchtan för Gud, at the ei gjorde ſåſom Konungen i Egypten them befalt vade, utan låto ſvenbarnen leſva.*

Obſ. I. *Fructa Gud & byſa fruchtan för Gud* propoſitiones plane æquipollentes ſunt, ſed poſterior efficiaciorẽ reddit orationem. Poſſet etiam reddi: *voro ſå Gudfruchtige*, niſi vero eſſet ſimile, mulieres gentiles potius ſervili, quam filiali Numinis amore imbutas fuiſſe.

VERSUS Decimus Octavus.

*Tberföre låt han kalla jordgummorna för ſig, och ſa: de til them: Hvi hafven I begått then obörſambet, at I låtit ſvenbarnen leſva.*

Obſ. I. Quod *vau læpius* ſignificat *ideo, tberfore*; tot docent exempla, & tam clare oſtendit contextus, ut de veritate hujus interpretationis nemo dubitare poſſit. Videatur Noldius num 26. Si *tunc, tå*, redderes, eodem res rediret, ſed particula cauſſalis hic locum rectius tueri viſa eſt.

Obſ. II. Loco Nominum Regis Ægypti & obſtetricum



cum Pronomina *Han* & *them* posuimus, quia hoc finit *Hebraismus*, & idem *postulat Svecanismus*. Interim si quis Nomina expressa mallet, non magnopere repugnaremus. Genium utriusque lingvæ servare volumus.

Obs. III. Voces הרבר הזה ad litteram reddi debuissent *thema faken*, sed cum ea quidem translatio, nostra in lingva, offendere videatur aures, sensum exprimere maluimus. Nunc in mentem venit formula *Svecana: Hvi basoen i gjort thet steget*, sed eam hic adposuisse sufficiat.

VERSUS Decimus Nonus.

*Men jurdgummorna svarade Pharao: the Hebraiske quinnorne likna icke the Egyptiska, utan äro sådana villdjur, at the söda fram fostren, innan jurdgummorna hinna til them.*

Obs. I. Non equidem ignoro, hoc loco variantem esse lectionem. Nihilo tamen minus eam expressimus, quam textus typis expressus habet, idque ideo, quod nobis visa est efficacior, & plus excusationis continere, quam altera lectio, quæ loco *ferarum* nomen *obstetrices* habet. Nobis certe in mentem venit, obstetrices, ut suspicionem inobedientiæ a se amolirentur, non tantum duro hoc nomine insignivisse foeminas Hebræas, sed eo etiam affectu illud enunciasse, ut regi viderentur innocentissimæ.

Obs. II. Quod particulam כִּי per *utan* reddidimus, nihil importat vitii. Vide. I Reg XXI. 15, 2 Reg I. 4 & confer Noldium num 23.

VER-



## VERSUS Viceſimus.

*Härmed halp Gud Jordgummorna lyckeligen ifrån  
fåken, och folket fick än ytterligare tiltaga både i antal  
och styrka.*

Obf. I. Hunc eſſe ſenſum hujus verſus, nobis quidem perſuaſum habemus, quandoquidem ipſi nec ſignificatus verborum, nec contextus repugnat, id quod nunc curatius oſtendere conabimur.

Obf. II. Quod ad verbum  $\text{וַיִּלְדוּ}$  adtinet, generatim quidem, *benefacere* ſignificat, hic vero ſpeciatiim illud designat beneficium, quo Deus obſtetrices in præſentiarum ornauerat. Quodnam vero illud erat? Regium mandatum de jugulandis infantibus masculis Hebræorum transgreſſæ fuerant. Hoc facto ſe iræ Principis obnoxias fecerant. Quum vero in jus vocatæ cauſam dicerent, ſua Deus providentia efficiebat, ut Rex in ea excuſatione, quam adferebant, adquiſceret, nullam illis poenam neglecti mandati irrogans. Interea nec præmia virtutis naturalia hic excludimus, nec ea, quæ ex grato Iſraelitarum animo in illas forte redundabant. Utrumque beneficium eſt DEI, qui & naturam condidit, & effectus naturæ dirigit. Optimum vero beneficium, quod obſtetrices his in circumſtantiis ſibi optare poterant, ſine dubio erat liberatio ab ira Principis, ejuſque effectibus.

Obf. III. De præfixo *vau*, non opus eſt, ut multa moneam. Hæc particula, inter alia, *atque, ita, & in hunc modum* ſignificat, ut patet ex Noldii num. 61. Svethice igitur valet: *fåledes*. Sed *härmed* paulo clarius idem indigitat.

Obf



Obs. IV. Idem *vau*, in verbo ⲓⲃⲓ, *an ytterligere reddedimus*. Hanc notionem sæpius tuetur hæc particula, ut constat ex num 40 apud Noldium. Hanc interpretationem postulat etiam contextus, quod cuilibet lectori constat.

VERSUS Vicesimus primus.

*Men fölghden theraf, at jordgummorna hade fruchtat Gud, och Gud therigenom hade beskyddat Israëliternas barn, bles dock endteligen then,*

Obs. I. Hic versiculus plures habet nodos, quos tamen non secuisse, sed soluisse videbimur, si rite expendantur, quæ mox monituri sumus. Primum quidem verbum ⲓⲃⲓ, quod alias *fieri & accidere* significat, sæpe *casum adversum* involvit, quod vel nomen inde derivatum ⲓⲃⲓ ostendit. Formulæ: *therpå, skedde, & fölghden theraf var then*, sensu nihil differunt, si absolute considerantur, hic vero commodiorem esse posteriorem, quisque facile perspicit, adeo ut ulteriori demonstratione non sit opus.

Obs. II. Quod Deus sit subjectum prædicati ⲩⲉⲩⲓ, agnoscunt omnes. Id solum quæri potest, utrum Nomen *Gud*, an Pronomen *han* hic sit exprimendum. Prius nobis ideo placuit, quod sensum parit clariorem.

Obs. III. Non dubito fore, quibus mirum videri possit, unde notionem *beskyddat* exsculperimus. Sciendum igitur est, verbum ⲉⲩⲓ in lingua Arabica sæpissime occurrere in significatione *tegendi & protegendi*: *Tegere* itaque filios est *protegere*, Syethice *beskydda*. Ne ve-



ro quis hanc verbi notionem ideo in dubium vocet, quod ex Arabica Dialecto hausta sit, observasse juvabit, eandem etiam in Sacro Codice Hebræo aliqua sui vestigia reliquisse. Exempla si desideras, peti ea possunt ex Prov. XIII. 16 Echel. I. 9. Ezech: VII. 20. XVII. 17. ut alia mittam, quæ videre licet apud Perillustr. Joh. Dav. Michaëlis in *Anmerkungen zu der poetischen Umschreibung des Prediger- Buchs Salomons bei Cap 1. 9* Confer etiam *Beurtheilung der Mittel* &c pag 3. & Alb. Schultens animadversiones Philol pag 28.

Obf. IV. Si cui magis placeat significatio augendi, quatenus de incremento numeri Israëlitarum per totum caput fit mentio, poterit & ea verbo tegendi subesse. Verbis enim tegendi frequenter subesse notionem multitudinis, vel tironibus notum esse potest ex Joh. Simonis Lexico Man. Hebr. & Chald. nec non Arcano. Formar passim. Sed nos priorem ideo præferendam judicamus, quod res tecte fiebat & occulte.

Obf. V. Pronomen לְהֵן utpote masc. gen. commode referri nequit ad obstetrices, multo vero commodius, immo commodissime ad Israëlitas. Huc referunt plures v. g. Hackspanius in Not. Philol. Varenius in Decade Mos. Paul. Fagius in Translat. Præcip. Vet. Test. collatione, Zeibigius in Bibl: Exeg. Sed auctoritatibus pugnare nolumus, ubi rationibus pugnare datur. Nihil in Sacro Codice frequentius enallaga Nominum & Pronominum, quod tamen hic exemplis demonstrare non permittit brevitatis. Et res ipsa loquitur, pueros Israëlitarum conservatos fuisse. לְ & Genitivi & Dativi nota est, prout ratio contextus fert. Hic aut Genitivi aut Dativi commodum notantis notam exhibet. Res eodem recidit utrumcunque sumseris.



Obi. Quod vocem בתים *barn* reddimus, sequentes habuimus rationes I:o Si vel maxime domos interprete- ris, res tamem eodem redit, cum nomine domorum sic intelligantur familiae, & nominatim filii. 2:do si for- mas spectes nominis, contractum esse potest כנהא כנה, ut כה a כנהא. Radix utriusque est כנה, quæ non tan- tum *ædificare*, sed etjam *liberis angere* significat, quod constat ex Gen: XVI. 3. XXX. 3. Malach: III. 15.

VERSUS Vigefimus Secundus.

*At Pharao lät til alt sitt folk utgå en befallning så lydande: alla svenbarn, som födas, skolen I kasta i Nilström- nen, men alla pigebarn skolen i låta lefva.*

S. D. G.

